



**N**ON CAUSA ET LITE,  
 quę agitur inter Regium fiscum,  
 oppidū de Yanguas, cum suo terri-  
 torrio, & cætera oppida Comita-  
 tus de Aguilar, quorum mandata  
 in processu sunt exhibita, ex vna  
 parte, & Comitem de Aguilar ex  
 altera, super retractu ac reductione  
 ac Regiam coronam gabellarū præ-

dictorum oppidorum, pro illorum, ac fisci aperto iure, qua-  
 tuor fundabimus articulos.

Primus erit, quòd tempore quo huiusmodi gabellæ à  
 Regia corona alienatæ ac Comiti distractæ fuerunt, præ-  
 fatis oppidis competebat, ac legitime competiit facultas, &  
 ius prohibendi, saltim oblato Regi pretio quo vendabatur,  
 prout obtulerunt.

Secundus erit, quod eadē facultas & ius, quod tunc præ-  
 dictis oppidis competiit, saluum, illęsum ac incolume re-  
 mansit, licet transactis post venditionem plusquam vigin-  
 ti annis mouerint litem, quæ nunc agitur,

Tertius, quòd tamen si prædicta cessarent, prædicta ven-  
 ditio rescindi ac retractari debeat propter dolum re ipsa,  
 ac læsionem enormissimam, quę aduersus Regium patri-  
 monium in illa interuenit.

Quartus, quod licet omnia deficerent, præfatæ gabellæ  
 Comiti erant auferendæ, restituto pretio, propter grauissi-  
 mas sæuitias, & violentias, quibus tam ipse, quàm ipsius  
 antecessores vsi sunt in talium gabellarum exactiōe.

ET Antequam singulos iuris articulos prosequamur,  
 ad illorum commodiorem intelligentiam, summatim

attingere oportet præcipua facti capita, quæ ex memoriali  
relatoris colliguntur.

PARECE Que auiendo los señores Reyes Catoli-  
cos empeñado al Conde de Aguilar las alcaualas de las di-  
chas ocho villas y sus tierras que litigan, y de las demas de  
su estado, por el año de .1480. por cinco quentos de maraue-  
dis que de vna vez por ellos dio la villa y tierra de Yáguas  
por el año passado de .1559. desempeño las dichas alcaualas,  
siruiendo à su Magestad con los dichos cinco quentos, los  
quales se boluieron al dicho Conde, auiendo cobrado y lle-  
uado dellas en cada vno de los ochenta años que las tuuo y  
gozò antes del dicho desempeño los dichos cinco quetos.

Después desto, por fin del año passado de .1564. auiendo  
venido à la corte el Conde don Felipe Ramirez de Arella-  
no a cõprar las dichas alcaualas, por molestar y fatigar por  
este camino à sus vassallos, con quien à la sazón tenia gran-  
des pleytos sobre estancos e imposiciones, luego que vino  
à noticia de las villas, y antes que se celebrasse la venta, em-  
biaron sus procuradores con poderes bastantes à contrade-  
zir la venta y ofrecer para esto qualquier seruicio à su Ma-  
gestad, y pedir las por el tanto, y pujar el quarto, como con-  
sta de muchos poderes, otorgados por las villas en aquel tiẽ-  
po, que estan presentados, y de que se haze relaciõ en el me-  
morial del hecho, y està concluyentemente prouado en la  
10. 11. y 12. pregunta. En execucion de lo qual, al principio  
del mes de Enero del año .1565. Pedro Martinez Camarõ,  
Gil Berruego, Pedro Cabeçon Dicastillo, y Melchor Pe-  
rez procuradores de las dichas villas, dieron memoriales  
en Consejo de Hazienda, suplicando à su Magestad no se  
enagenassen de la Corona las dichas alcaualas, de tal mane-  
ra, que solo por esso Yanguas ofrecio diez mil ducados, y  
por todas las ocho villas y sus tierras que litigan, à cumpli-  
miento de quarenta mil, como consta por los dichos me-  
moriales, y concluyente deposicion de testigos en la 13.  
pregunta.

Item

Iten se presupone, que auiendo visto los dichos procura-  
 dores que no se les admitian los dichos ofrecimientos, y q̄  
 se procedia apresuradamente en la venta de las dichas alca-  
 ualas, mediado el mes de Enero del año de 1565. por otro  
 memorial que dieron en el Consejo de Hazienda, hizierõ  
 de nuevo los mesmo ofrecimientos: y quando esto no hu-  
 uiesse lugar, pidieron se les dieffen las alcaualas por el tãto,  
como consta asì por lo que deponẽ los dichos Gil Berrue  
ço, y Pedro de Cabeçon en la. 14. pregunta, y Pedro Marti  
nez Camaron en la. 13. al fin de su dicho, como por el me-  
morial que acerca desto està presentado, en el qual el dicho  
Pedro Martinez Camaron, procurador de la villa y tierra  
de Yanguas ofrece el dicho tanto: y el dicho memorial està  
rubricado del secretario Erasso, que entonces lo era de ha-  
zienda, y de su letra decretado, Que ya se les ha respondi-  
do, que no se detengan aqui por esto. Y aunque los procura-  
dores de las dichas villas pidierõ traslado de qualquier po-  
stura, remate, ò compra que hiziesse el Conde en las dichas  
alcaualas, se les denegò, como se prueua en la. 15. pregunta.  
Y asimismo, aunque ofrecieron la puja del quarto del pre-  
cio que el Conde dieffe por las alcaualas, no se les admitio,  
como se prueua en la pregunta. 16. de todo lo qual huuo en  
esta corte, y en el oficio del secretario Erasso mucha noto-  
riedad y publicidad, y en todo el estado del dicho Conde,  
como se prueua por la. 4. preg. del. 2. interrogatorio, a fol.  
24. col. 2. del memorial del hecho, de tal manera que el mes-  
mo Conde yendole à pedir por encabeçamiẽto las dichas  
alcaualas, dezìa, que se las auian de pagar muy bien, pues se  
las auian contradicho, tanteado, y pujado el quarto, como  
se prueua en la pregunta. 18. y en la. 19. que las dichas villas  
han perseverado siempre en su pretension, y continuado  
siempre en la quexa del agrauio que se les hizo en no oyr-  
les, y admitirles la contradicion, tanteo, puja del quarto, y  
diligencias que hizieron al tiempo de la dicha venta, afir-  
mando publicamente, que aunque vendiesse los hijos, lo  
auian de profeguir, y seguir su justicia contra el dicho  
Conde

Conde sobre las dichas alcaualas.

Item se presupone, que auiendo se vendido las dichas alcaualas al Conde, apreciadas en vn quento y treziétas mil marauedis de renta en cada vn año, a razon de treynta y seys mil el millar, que sumam quarenta y seys quétos ocho cientas mil marauedis, para entender y regular antes su verdadero valor como era necessario, no se hizo nueva aueriguacion mas de la que se auia hecho por orden de su Magestad, por el Licenciado Lorca despues del dicho desempeño para darlas por encabezamiento a las dichas villas, el año de. 1560. quando las alcaualas andauan encabezadas en muy baxos precios: y aun en la dicha aueriguacion no consta auer dado el juez parecer del valor que adelante podian tener las alcaualas, como se le mandò por su comission, por que las presentò el Conde faltas, sin el fin, remate y sustancia del dicho parecer, y sin firma de juez ni escriuano, como consta a fo. 110. del memorial col. 1. de donde se descubre la colusion que en ello huuo de parte del Conde, siendo cierto que dende entonces hasta el año de. 1565. fin del que se vendieron al Conde, con la confiança de que auian de quedar en la Corona Real las dichas alcaualas, las villas crecieron en vezindad y abonos, de manera que valian las alcaualas al doblo, y aun dos y tres vezes mas que el año de sesenta, quando se hizieron las dichas aueriguaciones, como se prueua latissimamente, desde la. 20. preg. hasta la. 30. con mucho numero de testigos, los quales discurren, y dan particular razon de sus dichos, concluyendo, y respondiendo cerca del valor de las alcaualas de cada villa muy en particular, y en la. 31. preg. que generalmente valian todas las dichas alcaualas al tiempo de la venta dos y tres vezes mas del precio en que se vendieron. Y en la preg. 32. y 33. y 34. que entonces estauã las dichas villas al doblo mas ricas de caudal, y de vezindad el tercio de lo que estan agora en que se cobran en cada vn año dellas treze, o catorze mil ducados, de tal manera, que cobrandose entonces de diez vno, valian al doblo de lo que al presente valen, y que el aumento

*[Marginal notes in brown ink, partially illegible]*

*[Marginal notes in brown ink, partially illegible]*

*[Large handwritten note at the bottom of the page, written in brown ink, partially illegible]*

3  
ha seydo por comprarlas el Conde en baxo precio, y no por su industria, como se prueua por la.35. preg. y otras, por lo qual en la.36. preg. y por todas las otras, desde las 20. hasta las.36. inclusive, està concludyentemente prouado, que en la venta destas alcaualas, su Magestad, y su Real patrimonio fue engañado en dos, y aun tres vezes mas cantidad del iusto precio, y deponen los testigos respeto de cada villa, y su valor en particular, y tambien generalmente de todas.

Item se presupone, que los dichos Cōdes de Aguilar, despues que tuuieron por empeño las dichas alcaualas, y vltimamente por la dicha venta, cada vno en su tiempo, y el presente, con ocasion y color de la cobrança dellas, y por su causa, y para impossibilitar a las villas y concejos que no pudieffen, ni osassen pedir justicia contra ellos, han hecho, y hazen continuas, y notables fuerças, insolencias, agrabios y opresiones a los vezinos de las dichas villas, tã feos, y exhorbitantes, que se les puede tener grandissima compassiõ, los quales se refieren y prueuan largamente por preguntas de casos particulares, desde la hoja.69. del dicho memorial, hasta fin de las. 101. que solo por los dichos agrabios se le deuen quitar las dichas alcaualas.

Quibus in facto præmissis, ad primum articulum descendendo, hic probatur ex sequentibus.

### PRIMVS ARTICVLVS.

**E**T Ad huius articuli probationem præmittendum etiã in iure est, quòd alienatio rerum patrimonij Principatus, veluti sunt huiusmodi gabellæ & vectigalia, iure cõmunis interdicta est, vt docuit expressè Andreas de Ifernia in c.1. nu. 48. post principium. de prohibita feudi alienatione per Federicum, vbi scribit quod doanæ, vectigalia publica, & iurisdictiones, non possunt alienari, tanquam de demanio, sequitur Anto. Capic. in inuestitura feudali. pagin. 150. col. 2. post principiu, atq; idẽ tradit Frãcis. Purpur. conf. 18.

num. 34. lib. 1. latè Renatus Copinus lib. 2. de demanio Præciæ. c. 1. in principio, relatis in id Bald. Fabr. Cino, & Iason. Ioan. Bodin. lib. 6. de repub. c. 2. col. 3. vbi singulariter differit, qualiter hoc publicum patrimonium, & vectigalia sunt sancta, sacra, & inalienabilia. Hinc descendit, quod si vassalli alienationi repugnent, & contradicant, omnino debent admitti, vt docet Bald. in c. 1. §. si quis. nu. 5. quo tempore miles, dicens, quòd quando Princeps alienat huiusmodi res, vassallorum contradictio admittitur. Sequitur Anton. Capic. in inuest. feudal. verb. imperator. pag. 150. col. 2. in princ. & vltra eos Fabian. de Mont. in tract. de emption. & vend. 3. q. princ. num. 17. vers. vndecimo quæro. Ex quo dixit idè Bald. in c. 1. §. in generali. si de feud. fuer. contro. inter domi. & vassal. nu. 2. quod ideo Constantinus, quando beato Syluestro donauit iura imperij, effecit, vt populus consensum adhiberet, & Bald. sequuntur Paulus, Salic. & Ias. in l. debitorum. C. de pact. Guido Pancirol. cons. 119. num. 8. Purpuratus cons. 548. num. 98. lib. 2.

**H O C** verissimum præceptum, & receptam omnium conclusionem temperare DD. solent in eo dumtaxat casu, quo Princeps necessitate prematur, siquidem illa suadente, huiusmodi Regalia iura & vassallos, tametsi inuitos poterit alienare & transferre; vt tradunt omnes, præcipuè Aluarot. in c. 1. §. ex eadem. de capitul. Corradi. eleganter Aretin. post Iacob. de Aren. & Dylum, quos refert in l. 2. nu. 8. col. 6. in princ. ff. solut. matr. Helin. in c. dilecti. vers. quarto intellige. de maiortate & obed. Alciat. in d. l. debitorem. col. fin. C. de pact. Ioan. Neuizan. post Vincentium, asserens necessitatem extremam esse debere, cons. 12. nu. 150. Tametsi non defuerint, qui etiam hoc casu necessitatis vrgentis vassallorum contradictionem admittendam censuerint, hi sūt Corsetus, Claud. Seiselus, & Boer. quos refert & sequitur Rebus. cons. 146. col. 3.

**H I N C** consequitur, quòd cum talis necessitas, sola et vnica causa esse possit, vt Princeps huiusmodi regalia, & vectigalia alienandi à regia corona facultatè habeat, quotiescūque

que ea cessauerit, quemadmodum cessat, vassallis offerenti-  
 bus idem pretium, quod recepturus est ex tali alienatione  
 ad necessitatem & inopiam leuandam, nullo iure talis alic-  
 natio consistere poterit: remanet enim regula firma, subla-  
 to casu exceptionis: quod satis agnoscens Præses Couar. in  
 c. quanuis pactum. 2. par. §. 2. num. 4. sic inquit: *Ciuitas autē  
 aut villa alienari non potest, inuitis hominibus ipsius ciuitatis. Et si  
 dominus ex causa necessitatis velit eam alienare, admittendi sunt  
 homines hi ad emptionem libertatis. si tantum in domino dare vel-  
 lint, quantum ab alio emptore pollicitum fuerit: quod tradunt Ho-  
 stiens. Et Felin. in d. c. dilecti. de maiori. Et obediens. Et Hippoly.  
 in. l. 1. §. cum quidam deponere num. 10. ff. de question. qui alios hu-  
 ius opinionis allegat.* Cum igitur in nostro casu incolæ harū  
 villarum, & venditioni multipliciter repugnauerint, & dū  
 illa tractabatur, obtulerint Regiæ coronæ idem pretium,  
 quod ex tali alienatione redigi poterat, certe non licuit illā  
 perficere, & voluntariē magis quā necessariō sacrosanctū  
 patrimonium à Rege abdicare.

*est d. h. s. me  
 in peditatit  
 ni esse f. e. l. 1. g.  
 d. 1. de leg. in d. p.  
 si tunc v. m. illa  
 regni in in  
 tantes in d. d. h.  
 l. 1. §. 2. de l. d. h.  
 si nobilitate  
 sine in vassallo  
 d. 1. g.*

SECVNDO, hæc sententia suadetur ex doctrinā  
 Ioannis Fabri in §. dominus in st. de noxalib. actionib. vbi  
 formaliter inquit, *Quod si quis habens homines conditionales,  
 vel vassallos, cedat bonis, vassalli si velint redimere libertates suas,  
 debent audiri, subiiciens, idem esse, si creditores facerent vendi bo-  
 na, in quibus sunt talia iura.* At negari non potest, quin solue-  
 re huiusmodi gabellas & vectigalia Regi, & alicui domi-  
 no, siue Baroni inferiori, qui vt plurimum subditos grauāt  
 & opprimunt, libertas, & ea quidem maxima est, tum teste  
 ipsamet experientia, tum etiam, quia viuere sub vnico & su-  
 premo Rege, est suprema libertas, vt ex auth. de heredib. &  
 Falcid. ibi: *Antiquam recipientes libertatem,* & ex Luc. de Pen.  
 & alijs tradit Carol. Molin. in consuet. Parisien. t. par. §. 1. n.  
 65. Atque his satis affine est, quod de eo qui ad pretium par-  
 ticipandum venire passus est, vt pretio reddito, libertatem  
 recuperet, habetur in l. 2. ff. si libertus ingen. esse dicatur, &  
 quod respondit Constantinus Imperator in l. 2. C. de patri-  
 bus qui filios distraxerunt, vt si pater propter nimiam pau-  
 pertatem

pertatem filij, sanguinolentum, id est recēs natum, & á par-  
tu rubentem vendiderit, liceat ipsi qui vendidit, vel qui alie-  
natus est, aut cuilibet alij pretio oblato, vel alio m̄cipio præ-  
stito, ingenuitatem vindicare.

**TERTIO** hoc confirmatur ex traditione Alfonsi  
Montalui in l. 2. tit. 24. par. 4. Didac. Perez in l. 14. tit. 11. lib.  
4. ordin. veter. verb. *Todos aquellos*. post princ. vsque ad fin.  
scholij, dum scripserunt, quod si vassalli iurisdictionales á  
Principe distrahantur, poterunt quidem retractus iureviti,  
atque idem pretium offerendo, venditionem inhibere: mo-  
uenturque ea potissimum ratione, quia videlicet censen-  
tur, tanquam partiaris, quia nullus magis coniunctus censē-  
dus est, quam ipsemet, cum charitas bene ordinata á se ipso  
incipiat: atque etiam, quia cum iure possint nouum domi-  
num recusare, á fortiori poterunt, pretium offerendo se exi-  
mere á nexu seruitutis. Hæ rationes dubio procul euincunt,  
idem retractus ius competere vassallis, cūm gabellæ & vecti-  
galia, quæ Regi pendunt, extra patrimonium distrahantur:  
tum quia nulli coniunctiores, aut magis partiaris esse possūt,  
quàm ipsemet vassalli, qui ex proprijs bonis, ac redditibus il-  
la persoluant: tum quia in gabellarum exactiōe á priuatis,  
& inferioribus dominis fienda longe grauius, ac molestius  
defatigantur, ac vexantur, quàm vexari aut defatigari potuis-  
sent exercitio simplicis iurisdictionis, in quo adeo facilis est  
aditus & recursus ad regia prætoria, ita quòd multo maior,  
& considerabilior vassallorum vtilitas & interesse vertitur  
in redemptione gabellarum, quàm iurisdictionis. Ex quo iudi-  
cio nostro elici potest fortissima ratio ad huius rei confirma-  
tionem: nam cum hominum affectiones & desideria ex vti-  
litatibus & commodis, quæ ex aliqua re percipiunt, vel ipsius  
naturæ ductu colligere, ac deprehendere oporteat, satis con-  
stat, vassallos potius debere admitti ad retrahendas huiusmo-  
di gabellas, quàm ad retrahendum ipsum ius vassallagij & iu-  
risdictionis. Totum namque ius retractus habet potissimū  
fundamentum in affectione, vt inquit Ioann. Igne. in repeti.  
l. dudum. n. 31. C. de contrahen. empt. eleganter Didac. Segu-  
rain



ra in. l. filius dum in ciuitate est. nu. 102. & 103. ff. de verbor. obligat. vbi scripsit, quod omnes leges quibus statutum est locum esse retractui, ea potissimū ratione fundantur, quod quis habeat ad rem auctam affectionem.

Quartò, huic parti summè videtur suffragari. l. 55. tit. 5. part. 5. quatenus decernit, quod si socius habens rem cōmunem cum alio, vendat partem suam alij extraneo, si socius tantundem offerre velit, propter cōmunionem & connexionem, omninò erit preferendus: at inficias in nullo pacto potest connexissimum esse, atque maximo consortio, & participatione coniunctum Regi venditori ius eorundem vasallorum, qui gabellas ita venditas exoluunt, saltim quadam cōmunionem passiuā, qua propter mixturam quā habet libertatis, & eius fauoris, sane longe potentior & efficacior est cōmunionem actiuā, in qua similis ratio non cōcurrit: & tamen omnium scribentium placito exploratissimū est, quod ad ius retractus nullo fortior, aut strictior cōiunctio est, quā quæ nascitur ex cōmunionem, vt ex relatione Sebastiani Neapodani, & aliorum tradit Robertus Marantā in tractatu de multiplici alienatione. nume. 120. maximè quia vbi quis dicatur cōsors, & particeps, sufficit, si vel minimam in re partem habeat, vt notat Bal. per text. ibi verb. quantamcūq; in. l. 1. C. de cōmuni seruo manumisso. nu. 2. & in materia retractus plura referens Tiraquel. lib. 1. de retractu. §. 11. glo. 6. nu. 11. Matiençob ad l. 13. tit. 11. lib. 5. nouæ recopil. glo. 3. nu. 10. Inter subditos autem & Regem maxima est coniunctio & mutuum & reciprocum vinculū, vt post Bart. in tractatu de alluionibus, quem refert, tradit Carolus Molinçus ad consuet. Parisien. tit. 1. §. 1. nu. 65.

*inficias*

Quintò, & pro maiori cōfirmatione præcedentis fundamenti, memoria repetere oportet, quod hæc tributa, gabellæ, & vectigalia proprie nihil aliud sunt, quam quædam stipendia, quæ Principibus præstant populi, quod eos quietè & pacificè moderentur, iurisdictionem exercent, & iustitiam administrant, vt ex beato Thoma. 2. 2. quæst. 62. artic. 7. scribit Lucas de Penna in. l.annonas. col. 1. in fin. C.

isquil

L de

de erogatione militaris annonæ lib. 10. & col. 2. versi. cum  
ergo. Afflictis lib. 1. constitution. rubr. 26. in princip. quorū  
omnium dominium directum, & origo antea erat penes  
iplos populos, à quibus in ipsum Principem translata sunt,  
veluti cætera imperij iura, iuxta l. 1. ff. de constitut. Princip.  
ibi: *Populus ei, & in eum cumne imperium & potestatem transtu-*  
*lit.* & in. 5. sed quod Principi instituta. de iure naturali gen-  
tium & ciuil. declarat optimè Bal. in. l. 1. nu. 2. & 3. ff. de offi-  
cio præfecti prætorio. in notabili casu Paul. Castrenf. cōf.  
70. nu. 6. in fine. lib. 1. subdens, quod populi Regibus se dedi-  
derunt, & omnia iura in illos transtulerūt ad vnionem re-  
gni tuendam: & quòd constitutio monarchiæ facta fuit ab  
ipsis regnicolis, ita quòd Principes propriè nihil aliud  
sunt, quàm ipsorum populorum procuratores, & admini-  
stratores iuris publici, vt inquit erudite Franciscus Cōna-  
nus lib. 1. commentar. iuris. c. 5. nu. 8. Ioannes Bodinus libr.  
6. de republica. c. 6. pagin. 513. Renatus Copinus lib. 2. de do-  
manio Franciæ pagin. 143. in additione marginali, & an-  
te eos Lucas de Penna in. l. quicumque. C. de omni agro de-  
serto libr. 11. vbi inquit, quod Princeps est administrator, &  
maritus reipublicæ: atque huc referri potest illud Lucani  
lib. 1. *Vrbi pater est, orbique maritus.*

**E X** Quo videtur, quòd prædictis populis competere  
debet talis facultas retrahendi, propter reliquias antiqui iu-  
ris, quòd directe apud illos residebat, & quòd ideo in hoc  
casu concurrunt efficacissimæ rationes ad admittendā præ-  
dictam redemptionem. Imò hoc adeo conuenire Regi cō-  
suet Anton. Capic. decis. Neapol. 166. nu. 3. quòd si esset alie-  
natus alij pro triginta millibus, recipiendo decem millia  
ab vniuersitatibus, vt retineat pro se, & non distrahat, vi-  
detur magis lucrari, quàm recipiēdo ab emptore. 30. millia

**N E C** obstat, si dicatur, quòd materia retractus stricta  
& odiosa est, atque ideo porrigi, aut extendi non debet ad  
alium casum minus fauorabilem, vel minus rationabilem,  
vltra eos, qui nominatim expressi sunt, vt authoritate Mo-

linęi inquit in specie Vincent. de Franch. decis. Neapo. 17  
 nu. 13. Tum quia Ioannes Faber. in d. §. dominus, quem su-  
 pra memorauimus, retractum vassallis permittit, non solū  
 in iurisdictione alienata, sed in quibuscunque alijs liberta-  
 tibus, aut iuribus vassallagij, vt ex ipsius verbis aperte depre-  
 henditur: tum etiam, quia casus in quo nos versamur, eius  
 qualitatis, ac conditionis est, vt in eo concurrat, non solum  
 eadem ratio, & fauor, sed longe maior: quapropter exten-  
 sio dici non potest, sed vera, propria, & formalis comprehē-  
 sio, quæ nec etiam in materia odiosa, & correctoria repu-  
 dianda est. l. his solis. ibi: *Satis cautum putamus.* C. de reuo-  
 can- dis donati. quam ad id commendat Bald. in authent. quas  
 actiones. nu. 4. C. de sacros. eccle. Abb. Dec. Rip. Tiraq. Ro-  
 land. & alij quos refert & sequitur D. Molin. libr. 1. de pri-  
 mog. c. 5. nu. 10. 11. & 12. Maximé, quia vt ex Herard. & alijs  
 tradit Balthaf. Benedelus in tract. de iure prothomis. in ru-  
 bric. nu. 24. in fin. admissio ad retractum, nō est exorbitās,  
 aut odiosa, sed benigna, aut fauorabilis: imō ius retractus in  
 huiusmodi vectigalibus, & gabellis locum habere, præter-  
 quam ex Fabr. vbi supra colligitur, tradunt in specie Affli.  
 Bald. & alij quos sequutus refert Tiraq. libr. 1. de retract. §.  
 1. glo. 7. nu. 33.

N E C etiam obstat, si dicatur, quōd oblatio eiusdē pre-  
 tij, & petitio retractus in consilio patrimonij Regalis, cum  
 de venditione Comiti fienda tractabatur, non fuit propo-  
 sita ab omnibus oppidis, qui nunc agunt, sed dumtaxat à vi-  
 lla, & territorio de Yanguas, vt ex ipsis precibus, & libello  
 oblato fit manifestum: nam præterquam testes, qui negotio  
 interfuerunt, amplius deponunt, afferentes ab omnibus vil-  
lis contradictionem & oblationem fuisse factam, respon-  
 detur, quōd satis fuit ad conseruationem iuris cæterorum  
 oppidorum, qui ex tali venditione lædebantur, Yāguas re-  
 clamauisse, & oblationem fecisse, perinde ac si vniuersi fe-  
 cissent: nam cum contractus vnus, & consequenter indiui-  
 dus esset, atque etiā sit indiuiduum ipsum ius retractus, et  
 congrui, secundūm Dominos de Rota apud Paulū *Æmi-*  
*lium*

ham Beralium, decis. 37. par. 1. num. 3. ex hoc planissimè cō  
sequitur, quòd reclamatio, & oblatio vnus, omnibus pro-  
fuit, iuxta ea quæ notat Abb. in c. vna sententia. nu. 3. & 4.  
de appel. per tex. in l. si communem. ff. quemadmod. seruit.  
amittan. ibi: *Propter pupillum ego viam retineo: quam commu-  
niter intelligi in indiuiduis, probant multi, quos sequitur*  
Couar. pract. quæst. c. 4. nu. 2. Greg. Lup. in l. 5. tit. 23. part.  
5. litera. G.

**N E C** vltimò obstat, si dicatur, quòd Petrus Martinez  
Camaron, Gil Berrueço, Petrus de Cabeçon, & alij testes,  
qui de reclamationibus, petitionibus, ac oblationibus ad im-  
pediendam venditionem in curia factis attestantur, fidem  
non merentur, cum hi fuerint oppidorū procuratores (vt  
ipsi dicunt) ad huiusmodi negotiū missi, & destinati: quo-  
niam, vt inquit Luc. de Pen. in l. quicumque. la. 2. C. de fund.  
patrimon. lib. 11. col. 2. ad med. vers. in hanc. illi potissimum  
sunt ad testimonium admittendi, qui negotia tractauerūt;  
quod deducit ex tex. in c. super prudentia. 14. q. 2. ibi: *Ceterū,  
in possessionum, vel huiusmodi negotijs, hi potissimum admittendi  
sunt, qui eadem negotia tractauerunt, de quorum auditu, & visu  
hesitari non debeat, & ex c. 3. qui matrimoniū accusare possūt  
ibi: Qui enim melius recipi debent, quàm illi qui melius sciunt? &  
Pēnam sequitur Petrus Benintendus decis. Bononien. 63.  
in fin. & disputatio & controuersia, quæ circa hoc est in-  
ter DD. in eo consistit, an vnus testimonio credatur, qui-  
busdam dicentibus credi, cum de re à se gesta deponat, alijs  
vero repugnantibus, vt colligitur ex Benintendio vbi su-  
pra. Quando verò adsunt plures testes, vt in nostro casu,  
nullus vnquam dubitauit de fide huiusmodi testium, qui ne-  
gotia tractauerunt, imò multo maiorem illis adhiberi om-  
nes fatētur. Quod maxime procedit, quando cū eorum testi-  
monio concurrat fama, vel alia indicia, aut coniecturæ, pro-  
ut in nostro casu, vbi adest ipsemet libellus & preces Prin-  
cipi porrectæ: qua in specie etiam vni soli testi de re à se ge-  
sta deponenti fidem adhiberi est receptius, vt ex Bart. Cin.  
Paulo, & alijs resoluit Menoch. lib. 2. de arbitr. iud. centu. 2.  
casu.*

7

casu. 99. num. 17. vers. verior itaque. Mandel. Albenf. confi.  
528. nu. 6. & 7. atque omnium latissime Marc. Aquilin. in  
l. 1. §. fin. num. 34. ff. de verbor. oblig.

**N E C** refragatur, quod præcitati DD. loquuntur, quã  
do testes deposuerunt super eo facto, in quo nullum eorũ  
commodum, aut vtilitas vertitur: quod omnino cessare vi  
detur in his testibus, qui tanquam incolę villarum retractũ  
postulantium affecti erant, et victoriam causę, pro suo etiã  
commodo desiderabant, & nunc desiderant: quoniam re  
spondetur, tum hos testes negotium tractasse, ac ideo fidẽ  
illis non esse abrogandam, vt supra diximus: tum, quia cũ  
de re pluribus, vt vniuersis communi agatur, ipforum fides  
non eliditur vt ex communi probat Couar. pract. c. 18. nu.  
4. Tum etiam, quia cum eorum testimonium alijs fortissi  
mis adminiculis maximẽ foueatur, & confirmetur, prout  
superius in facto & in iure diximus, nulli dubium esse po  
test, quin eorum dictis lux veritatis assistat. Hactenus de  
primo Articulo.

## S E C V N D V S   A R T I C V L V S.

**C**irca secundum articulum, vbi contendimus, quod ea  
dem facultas, & ius, quod tunc prædictis oppidis com  
petist, saluum, illæsum, & incolumme remansit, licet trans  
actis post venditionem plusquã viginti annis, mouerint  
litem quę nunc agitur, probatur ex sequentibus.

Primò, quod cum facultas & remedium huiusmodi ve  
tigalium publicorum alienationes impediendi populis cõ  
petens, maximẽ oblato eodem pretio, à iure communi de  
scendat, non minori vita frui debet, quã triginta vel qua  
draginta annorum, vt reliquę actiones, ex l. 2. C. de consti  
tuta pecunia. l. sicut. l. omnes. C. de præscriptione. 30. vel  
40. annorum. & l. 7. tit. 29. par. 3. quę rebus ciuitatũ, vel op  
pidorum præscribendi, non breuius, quã quadraginta an  
norum spatium desiderat, electa Placentini sententia, de  
qua

qua glo. in authen. quas actiones. C. de sacros. eccles. vt recte animaduertit Gregorius in dicta. l. 7. verb. de quarenta años.

**S E C V N D O**, licet præcedens fundamentum non adeo constans, nec firmum foret, & huiusmodi oppida stringere vellemus compedibus & angustijs nouem dierum, quos leges Regiæ consanguineis ad retractum præscribunt, cum tamen constet, quod in ipso tractatu venditionis obtulerunt. 40. millia aureorum, ne gabelle alienarentur, & postea idem pretium, quod à Comite præstaretur, & quod nouissimè, vt nullum non mouerent lapidem, postulauerunt copiam omnium, quæ gererentur, ad allegandum sua iura, ac demum offerentes fisco meliorem conditionem, quam vocant, *paja del quarto*, semper contradictionibus, & reclamationibus insteterunt, atque illas geminarunt, ita quod per eos minime stetit. Ex hoc planissimè constat, quod illorum ius saluum ac incolume remansit, perinde ac si venditio nunc celebraretur, & recens foret: tum quia denuntiatio, & contradictio facta tempore, quo de venditione tractabatur, sufficiens fuit, & operatur, vt venditio celebrata non teneat, vt ex l. si fundum. C. de reiuendic. tradit in terminis Castell. in l. 72. Taur. nu. fin. Tum etiam ex singulari doctrina Andreæ de Ifern. in c. 1. nu. 48. ad fin. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi postquam dixerat, iurisdictiones, doanas, & vectigalia publica, nullo pacto alienari posse, tanquam res demanij, postmodum quæstionem nostram in terminis decidens subiicit, hanc esse constantem, & exploratam conclusionem, quod si tempore, quo huiusmodi tributa, & iura Regalia alienantur, vassalli contradicunt, & reclamant, nullum damnum, aut præiudicium illis generatur, imò ius eorum remanet semper saluum, etiam si lapsi fuerint triginta anni: quam doctrinam summe celebrat in specie nostra Camilus Saler. ad consuetudines Neapolitan. in proœmio Caroli fol. 32. pag. 2. vltimo dicens, *Quod quando vassalli ab initio protestati sunt, videtur semper esse in arbitrio iudicis, eos admittere.* Quæ egregia Iser. doctrina, licet Camil.

non

non meminerit, maxime confirmari potest ex Ias. cōf. 227. nu. 31. lib. 2. vbi resoluit, quòd quando populus ab initio reclamauit & contradixit, veditio efficitur litigiosa, ita quòd semper poterit denuò reclamare, & contradicere, considerans in suo casu ad populum excludendum, quod tempore venditionis non reclamauerat, sed reiteratis vicibus, consenserat: quod etiam tradit Socin. Iun. conf. 94. nu. 30. lib. 2. atque idem supponit Marcabrun. ab Angul. conf. 55. num. 17. & vltra eos eleganter Andr. Barbat. conf. 11. nu. 7. & 8. libro. 2. vbi similiter excludere volēs alia oppida, quę alienationem rescindi volebant, inquit, quòd ad hoc vt rescinderetur, et esset vitiosa translatio, debuerunt confestim reclamare, & statim, quòd habuerunt notitiam, contradicere.

**E T** Licet forsā videretur obijci posse in nostro casu, quod huiusmodi oppida debuerant in contradictione perseuerare, ac litem ex proposito intendere, aperte satisfit ex ipso met facto: tum quia probatum apparet, quod semper perstiterunt & perseuerarunt in eademmet contradictione, et reclamatione: tum etiam quia cum procuratoribus oppidorum iussum et præceptum fuerit à consiliarijs Principis, qui illum repræsentant, vt ad domum suam redirent, et à negotio desisterent, ex hoc superioris præcepto orta fuit iustissima causa et impedimentum, ne illis ob stare possit transacti temporis curriculum, et iudicialiter intentionem suam prosequi desisse, vt in simili casu alienationis à Rege factę tradit Paul. Castren. conf. 70. num. 6. libr. 1. eleganter Petr. Rebuf. in singulari conf. 146. col. 11. 12. & 13. vbi infinitis authoritatibus comprobatur, afferens hanc esse communem sententiam, quod si subditi non contradicunt propter mandatum Regium, hoc silentium eis non præiudicat: qui est omnino videndus. Hactenus de secundo Articulo.

**TERTIVS ARTICVLVS.**  
**ET QVOD** Attinet ad tertium Articulum, quo contendimus, quòd tamen si prædicta cessarent, huiusmodi

8  
di venditio rescindi, ac retractari debeat propter dolum re  
ipſa, ac læſionem enormiſſimam, quę aduerſus Regium pa  
trimonium in illa interuenit, apertiffimè probatur ex ſe  
quentibus.

Primò, nam licet quę dicatur enormis, vel enormiſſi  
ma læſio varię ſint inter DD. opiniones, quas late comme  
morat Socinus Junior conf. 84. nu. 43. lib. 2. illud tamen a  
pud omnes receptum eſt, quòd enormis læſio dicitur, quę  
aſcendit vltra dimidiam iuſti pretij: Cagnolus in l. ſi quis  
maior. nu. 36. C. de tranſactionib. & ex Felino, Belamera,  
Calcaneo, Curcio, Lanfranco, laſone, & alijs Tiberius De  
cianus reſponſ. 39. nu. 8. lib. 2. & enormiſſima illa, quę maxi  
mè vltra dimidiam excedit, vt teſtatur Crauet. conſil. 221.  
num. fin. latè Pinel. in l. 2. par. 3. c. 1. nu. 7. C. de reſcind. ven  
ditio. vbi ex cõmuni tradit, quòd enormiſſima dicitur, quę  
longè excedit dimidiam, & enormis, quę parum plus exce  
dit. Cum igitur in noſtro caſu probatum extet, quòd anno

1565. tempore quo fuit celebratus contractus, prædictæ ga  
bellæ valebant non ſolum dimidio. ſed duplo, & longè ma  
iori pretio, quam venditę ſunt, ex hoc manifeſte conſequi  
tur, quòd huiuſmodi venditio irritanda, ac reſcindenda eſt,  
cum ad hoc ſufficeret, quòd læſio foret vltra dimidiam. l. 2.  
C. de reſcindenda vendit. conuenit elegans tex. in l. 1. ff. de  
iure ſiſci, vbi cum in principio l. C. dixiſſet: Varię ſunt cau  
ſæ ex quibus nuntiatio ad ſiſcum fieri ſolet, inquit, vel ma  
gni pretij rem, minoris ex ſiſco comparaffe.

Neq; intereſt, quòd iuxta diſpoſitionem d. l. 2. actio læſio  
nis vltra dimidiam intra quadriennium debeat proponi:  
tùm quia hic non verſamur in ſimplice læſione vltra dimi  
diam, ſed in enormi & enormiſſima: tùm etiam quia ta  
metſi in ſimplici læſione vltra dimidiã verſaremur, ſiſcus,  
ac prædicta oppida audiri debebant, etiam ſi aliquanto lon  
gius temporis ſpatium interceſſiſſet ex vi reſtitutionis ab  
illo petitę. ſiquidem Principi vel reipublicę, quando in vē  
ditione vltra dimidiam iuſti pretij læſi ſunt, reſtitutionis  
beneficium ad venditionem & alienationem infringendã



9

intra triginta annos competit. l. fina. titul. 16. partit. 6. ibi:  
*Pero si el menoscabo fuesse tan grande, que montasse de mas de la  
mitad del precio que valia, alguna de las cosas sobredichas que  
fuesse enagenada, è sionce bien puede demandar emienda y restitu-  
cion hasta treynta años desde el dia que fue hecho enagenamiento  
de la cosa, atque ibi notat Gregor. verb. mas de la mitad del  
justo precio, declarat eleganter Emanuel Costa in l. Gallus.  
S. & quid si tantum. 2. par. nu. 84. ff. de liberis & posthumis,  
vbi asserit, quòd ea lex de Principis & reipublice restitutio-  
ne agens, proprie ac euidenter se refert ad eam restitutio-  
nem, quæ cõpetit iure personalis actionis, iuxta d. l. 2. C. de  
rescind. vendit. & tex. in cap. cum dilecti. de emptione &  
venditione, sequitur Padilla in d. l. 2. num. 48. Couarr. lib. 1.  
variaram. c. 3. nu. 13. Ioannes Garcia de expensis & melio-  
rationibus asserens hunc esse communem omnium inter-  
pretum nostri regni sensum. Cuius legis partitæ decisioni  
valde simile videtur quod voluit glo. 2. in. c. ad nostram. de  
emptione & venditione, nempe quod si ecclesia fuit læsa  
in contractu vltra dimidiam, potest petere restitutionem,  
vsque ad legitimam præscriptionem, nempe vsque ad. 40.  
annos, atque ibi notant communiter DD. atque illi simi-  
lis est alia glo. in. c. de in integrum restitutione. lib. 6. scri-  
bens, quod quando ecclesia eminentissimè fuit damnum  
passa restituitur etiam post tempus à iure præfixum.*

Totus igitur labor, & opus erit in dignoscendo, an hu-  
iusmodi læsio concludenter probata extet, & in satisfactio-  
ne aliquarum obiectionum quas pars aduersa proponit.

Et quidem animaduertendum est, quòd quando agitur  
de probando valore rei, ex quo deprehendendum erit, qua-  
lis & quanta læsio interuenerit DD. contenti sunt, vt in  
hoc interueniat arbitrium, & æstimatio bonorum virorù,  
qui deponant & æstiment considerata qualitate rei, & alijs  
circumstantijs, vt ex Angelo in l. si hominem. ff. de reiven-  
dicatione, tradit Anton. Nata conf. 510. nu. finali, lib. 3. asse-  
rens ita in practica vidisse seruari, & ipsum seruauisse, dum  
esset in magistratibus, & illud dumtaxat requirunt, quòd

C

quia

quia valor rei non percipitur mediatè per sensum corporis  
sed iudicio intellectus, & per discursum rationis, testes ad  
illius probationem etiam non interrogati rationem dicti  
sui reddere debeant, vt ex communi tradit Alex. in. l. pretia  
rerum. nu. 12. ff. ad. l. Falcidiam. Láfrancus in repetitione. c.  
quoniam contra. verbo testium de positiones. nu. 92. de pro  
bationib. Rebuffus. in. l. vnica. C. de sententijs quæ pro eo  
quod interest. verbo subtilitatem. nu. 57. ac in summa tota  
hæc testium materia circa probandum rei valorem, iudicis  
arbitrio relinquatur, vt probant plures relati per Cagnolū  
in. l. 2. num. 127. vers. hoc autem & omnia supradicta. C. de  
rescindenda vendit. ita quod ex coniecturis, & præsum  
ptionibus æstimatur, atque probatur valor ac pretium bo  
norum, vt ex Alciato, & alijs tradit Bursatus consil. 184.  
num. 6. libr. 2.

Hoc ita constituto, inficiari certè non potest, legitimè,  
& concludenter probatam fuisse huiusmodi læsionem  
ex sequentibus.

Primò, quoniam testes deponunt, quòd in sequenti an  
no post celebratam venditionem Comes percepit ex præ  
dictis gabellis duplicatū reditū, imo & duplo maioré, quā  
illū cuius respectu & cōtēplatione pretiū fuit taxatū & cō  
uentum: q̄ maximū argumētū & præsumptionē præbet, q̄  
anteriori anno idem reditus percipiebatur, vel percipi po  
terat, si nulla facta remissione decimę partis exactio fieret,  
prout Comes exigebat, siquidem adeó breui tempore non  
presumitur mutatio valoris, nec deterioratio aut meliora  
tio notabilis, nisi aliud probetur, vt in terminis docuit  
Bal. post Cynum in d. l. 2. nu. 28. C. de rescindenda vendit.  
quem sequitur Bursatus consil. 154. nu. 18. atque aliorum au  
toritate Rebuffus in d. l. vnica. verb. subtilitatem. nume. 56.  
vers. item aduertendum est, late Mascard. de probat. concl.  
1398. num. 31. & sequent. & vltra eos pulchrè Gregori. in. l.  
56. verb. *pu diere prouar.* tit. 5. par. 5.

**S E C V N D O**, eadem læsio probatur ex testimonio  
plurimorum testium, qui optimas dictorum suorum red  
dentes

dentibus causas, & singulorum oppidorum incolas, patrimonia, commercia, & negotiationem pensantes, atque omnibus rei circumstantiis expositis, declarant, Regiam Maiestatem duplo, & triplo fuisse læsam in prædicta venditione, ut nominatim percipere licet ex vniuscuiusque depositione quod probationis genus ad valorem rei indagandum: & dignoscendum receptum & approbatum à iure esse, obseruat Angel. in §. si quis agens. num. 3. vers. quinto modo. instit. de action. scribens, quod licet probatio æstimationis per testes, videatur difficilis, cum valor rei non cadat in sensu corporeo testis, sed in iudicio intellectus: tamen communiter receptum est, quod per testes articulari, & probari potest valor.

**N E C** obstat, si dicatur, quòd hi testes concludenter nõ probant, quia videlicet non affirmant se certò scire, sed deponunt de credulitate, ac de iudicio & sensu suo, & quòd ita sibi videtur: nam præterquam prædicti testes non dicunt id simpliciter, sed adiungunt causas, & circumstantias, & rationes, quibus eorum testimonium apprimè fulcitur, & quòd testis non ideo minus fidem facit, quòd deponit per verbum, credit, vel sibi videtur, aut similia, ut tradit latè Corne. cõs. 161. num. 3. lib. 1. Maximè, quando adducit rationem sui dicti. & agitur de re, quæ non per sensum immediate percipitur, sed iudicio intellectus, ut tenet Thom. Gram. cõs. 29. num. 35. crimin. 1. par. respondetur in specie ex eleganti doctrina Bar. in l. hi qui. nu. 2. C. de præd. & omnib. reb. nauiculariorum. vbi scripsit, quòd si testis dicat, rem tantum valere secundum suam opinionem, probat, quia de re quæ nunc non est exposita venalis, non potest fieri æstimatio, nisi secundum opinionem, quæ concipitur ex comparatione aliarum rerum eandem qualitatem habentium: sequitur Corsetus in singularibus suis. vers. testis. 18. Plate. in §. loco. nu. 5. in fin. inst. de actionib. Alex. in l. pretia rerum. nu. 9. versic. potest etiam ff. ad leg. Falcid. Pantaleon de Crema in l. 2. n. 317. C. de rescind. vendit. atque ibi Cagnol. nu. 242. vers. & quia circa æstimationem. Mascard. de probation. conclusi.

656. num. 33. lib. 2. & ultra eos Angel. in d. S. si quis agens. n. 3. col. 4. in princ. vbi subijcit: Quinimo plus videtur, quod etiam possit adijcere, quod credit, vel opinatur, & quod quilibet qui habet notitiam rei, tantum daret, & quod hoc casu toleratur testimonium de credulitate, quia sumus in his, quæ non possunt bene percipi sensu corporeo immediatè. Atque his accedit Bursat. cons. 184. num. 3. & 13. in fin. relat. Aret. Felin. & alijs lib. 2. asserens, quod rei valor & æstimatione probatur, etiam si testes de credulitate, vel eorum iudicio tantum deponant, cum æstimatione potius iudicio intellectus, quàm sensu aliquo corporis percipiatur. Quod maximè procedit, quando plures testes inuicem contestantur, vt in nostro casu, secundum elegantem doctrinam Bald. Perusin. in repetit. d. l. 2. nu. 62. C. de rescind. vend. vbi scribit, quod si testes ad probandum rei valorem attestentur de eorum iudicio, vel credulitate, & habeant contestes, probant: nam verbum, credo, non vitiat dictum, si ratio iubat dictum.

**T E R T I O**, hoc idem comprobatur, si animaduertamus manifestum dolum, collusionem & errorem, qui interuenit in tractatu huiusmodi venditionis: nam cum ex stylo, & inuiolabili consuetudine supremi consilij Regij patrimonij obseruatum sit, vt quotiescunque aliquid ad fiscum pertinens alienatur, etiam si multo minoris momenti, & æstimationis sit, examè & disquisitio fiat valoris rei minutim, vulgò, Aueriguaciones, vt perpèso huiusmodi equilibrio, iustum ac legitimum pretium taxetur, & præscribatur, ne qua fraus strui possit, & in calce ipsarum disquisitionum iudex, cui negotium mandatum est, votum ac iudiciũ suum adijciat, vt omnibus his maturè pensatis, & non fortuito, alienationes procedant, nihil horum ad iustificandã hanc venditionem fuit gestum, imo omnia prætermissa: nam disquisitiones nullæ factæ, sed dumtaxat iudex sequutus est illas, quas quinque ante annos fecerat Licenciatus Lorca ad longè diuersum finem & propositum, vt in facto præmissimus: nec iudex quid sibi videretur, & iudica-

ret, explicauit, ac in summa omnia præcipiatur, ac veluti ea  
 gesta sunt. Quæ cū ita se habeant, nulla profecto ratio ef-  
 se potest, vt huiusmodi venditio consistat: argumento tex.  
 in l. 1. C. de fide instrument. & iure haste fiscalis. lib. 10. ibi,  
*Neque omni ordine peracto, venditas res esse: & ibi: Rescissa ven-*  
*ditione mala fide facta, & in l. 1. C. de prædijs decurionum si-*  
*ne decreto non alienand. eodem lib. 10. ibi: Infirma erit ven-*  
*ditio si hac fuerit forma neglecta, cū alijs similibus. Quod ad e-*  
*vetum est, vt quādo interuenit huiusmodi collusio, gratia,*  
*aut fraus, licet lesio non fuerit vltra dimidiam, venditio re-*  
*scinditur. l. si dolo. C. de rescinden. venditio. l. si minori. C.*  
*de iure fisci. lib. 10. ita quod lesio vltra dimidiam necessaria*  
*est, quando remouetur dolus & fraus, vt inquit gloss. in l. 1.*  
*verb. magni pretij. ff. de iure fisci.*

Constito igitur per media concludentia de huiusmodi  
 enormi ac enormissima lesione, propter quam contractus  
 necessario venit rescindendus, minimè refragatur, quod ex  
 parte Comitum obijcitur delumptum ex ipsa scriptura ven-  
 ditionis, ex illis verbis: *Y si las dichas alcaualas valieren, o renta-*  
*ren mas del dicho un quento y trezientas mil maravedis en cada*  
*un año, en qualquier cantidad que sea, el dicho acrecentamiento,*  
*aunque sea mucho mas de la mitad de la dicha renta, y del justo*  
*precio, y de uno dos, y diez vezes mas, que el dicho Conde y sus he-*  
*rederos lo puedan auer y gozar, y que por ello, ni por engaño, ni le-*  
*sion enorme, ni enormissima que se pretendiesse, ni hallasse auer*  
*auido en la dicha venta, no se pueda retratar, ni anular, ni pedir*  
*por razon del tal crecimiento, ni mas valor suplimiento de precio,*  
*ni otra cosa alguna. Y para mayor valor, le haze gracia, y donació*  
*de la demasia, aunque sea en una, dos, o diez vezes mas, y mucho*  
*mas de la mitad del justo precio y valor, y assegura y promete por*  
*su fee y palabra real, que las dichas alcaualas, ni parte alguna de-*  
*llas, no les seran quitadas, ni renocadas, ni embargadas, ni suspendi-*  
*das, ni impedidas, ni puesto en ellas otro impedimento alguno por*  
*su Magestad, ni por los Reyes sus successores, ni por otra persona*  
*alguna, ni por las dichas villas, ni lugares, ni sus terminos, ni por*  
*otro ningū cōcejo, ni vniuer sidad q las pida, por mas, o por menos,*

ni por el tanto, que el dicho Conde dio por ellas, ni por otro ningun  
derecho, ni ley general ni particular, ni por otra causa ni razon al-  
guna, que sea o ser pueda. Ex quibus Comes contendit omnē  
aditum fuisse interclusum ad infringendam huiusmodi vē-  
ditionem: siquidem hęc obiectio diluitur ex seqq.

**P R I M O**, ex his, quę tradit Pinel. in d. l. 2. C. de rescin-  
d. vend. 1. par. c. 2. num. 20. & 21. vbi ex Bart. in l. si quis cum  
aliter. ff. de verb. oblig. Alex. Iaf. Claud. Cagnol. Boer. & a-  
lijs resoluit, quod licet in conventionē adijciatur clausula,  
quod inuicem sibi donant, vel remittunt, quod plus res va-  
let, vel quod plus pro ea datur: non idē cessat remediū ad-  
uersus læsionem ultra dimidiam: quoniam illa verba refe-  
runtur ad modicū: alioqui enim, si læsio magna sit, nulla ra-  
tio eorum verborum habebitur, quasi conditionaliter pro-  
lata fuerint, nisi tanta læsio interuenerit: sequitur Padilla  
ibidem nu. 42. multos alios referens, ac subiiciens, hoc ma-  
ximē procedere, stante enormissima læsione: tunc enim  
etiam non obstante renuntiatione, deceptus esset admittē-  
dus, cum illa læsio dolo equalis sit. l. si superstiti. C. de do-  
lo. Imo rarō grandis læsio sine dolo & machinatione pos-  
sit accedere, attestans, quod in auditorio Rotę ita fuit iudi-  
catum, secundum Casador. decis. vnic. de emptio, & vend.  
atque in Granatensi prætorio Pręses Couar. lib. 2. variar. c.  
4. n. 5. dicens hoc habere maximam equitatem. Quod etiā  
comprobatur ex his quę tradit Tiraq. in l. si vnquam. in  
pręfat. nu. 127. C. de reuocand. donat. vbi post Nicol. de Ma-  
sarel. Bal. Paul. Pantaleon. de Crema, & alios quos refert, af-  
ferit receptissimam conclusionem esse, quod generalis re-  
nuntiatio omnium remediorum, quibus quis possit venire  
aduersus contractum, non tollit remedium d. l. 2. C. de re-  
scind. vend. Si igitur hoc procedit in simplici læsione ultra  
dimidiam, quanto magis procedet in enormissima læ-  
sione.

Secundo respondetur ex his, quę latē tradunt Roland.  
à Vall. cons. 7. nu. 27. lib. 3. Cephal. cons. 62. nu. 14. in fin. vi-  
deli-

delicet, quòd quãdo adest enormissima, vel enormis læsio; quis audiri potest, etiam si renuntiasset omni legum auxilio.

Tertio, superiora confirmantur, si quidem tantum abest quòd huiusmodi renuntiationes ius alicuius auferant interueniente enormissima læsione, vt id saluum & incolume remaneat, etiam si huiusmodi renuntiationes fuerint valatae iuramento de non contrahendo, vt ex multis probat Cagnol. in l. si quis maior. numer. 38. C. de transact. Capic. decis. 159. numer. 24. Mandel. conf. 89. nu. 5. Rolan. d. conf. 7. nu. 43. qui ea præcipua ratione mouentur, quia quando quis enormissime læditur in contractu, tunc iuris præsumptione arguitur dolus re ipsa, qui æquiparatur dolo ex proposito. l. si luperstite. ibi: Si immodicè læsa es. C. de dolo. atque ideo non obstat iuramentum, ex Anchar. Corneo, Cuman. Paris. & alijs quos referunt. Læsio namque enormissima, voluntariè passa, non præsumitur, sed læsus per insidias inductus dicitur ad aliquid faciendũ, per quod læsus remansit, vt late probat Tiber. Decianus respon. 39. nu. 17. lib. 2.

Quartò, his accedit, quod tradit Anton. Gomèz. 2. tom. variar. c. 14. nu. 20. vbi ponit quæstionem, an si minor sit læsus in actu vel contractu, & iurauit non petere restitutionem, possit illum rescindere virtute restitutionis? & resoluit, quòd sic, quia isto casu præsumitur dolus, vel saltim interuenit re ipsa, qui dolus nunquam censetur exclusus, etiã stante iuramento, & quia voluntas, & consensus non potest considerari in tam enormi læsione, ex Anchar. Dominico, Alex. & alijs, vsque ad versi. ex his notabiliter infero. atque idem pulchrè tenet Gregor. Lop. in l. 55. tit. 5. par. 5. vbi dicit id procedere non solum in minore, sed etiam in maiore, qui iureiurando promisit non venire aduersus contractum: quia quãdo fuit magnus excessus, quia interuenit dolus re ipsa ius iurandum non impedit, ex Corneo omnino videndo conf. 214. nu. 4. lib. 3.

Quin-

Quintò, his accedit, quia quando adest enormissima læ-  
sio, præsumitur ignorantia & error, etiam in maiore: glos.  
& Bar. in l. quisquis. C. de rescind. vendit. Corneus confi.  
140. nu. 2. libr. 2. pulchrè Tiberius Decianus responso. 39.  
numer. 17. libr. 2. at generalis renuntiatio nunquam trahi-  
tur ad ius, quod quis verisimiliter ignorabat sibi compe-  
tere. gloss. in l. tres fratres. ff. de pact. cum late traditis per  
Tiraquel. in l. si vnquam. in præfatione. nu. 123. C. de reuo-  
candis donationibus, & ultra eos eleganter ad casum An-  
ton. de Butrio, conf. 52. in fine. ibi: *Nec obstat quod promise-  
rit defendere, quia talis promissio de defendendo, & de non mo-  
uenda questione, refertur ad quaestiones iniustas, & quas verisimi-  
liter cogitavit venditor: in hoc autem ut deceptus ignorantia non  
venit contra promissionem.*

Sextò, confirmatur, quia huiusmodi generales renuntia-  
tiones plerūq; apponuntur cū parua causę cognitionē, & sæ-  
pissimè ex quadā cōsuetudine magis, quā q̄ ita inter par-  
tes cōueniat, vt scribūt Angel. Card. Dec. Soci. & alij, quos  
cōmemorat Tiraquel. vbi supra. nu. 125. Ex quo dixit Abb.  
post Antonium in. c. Quintauallis. nu. 32. in fin. de iure iu-  
rando, quod licet verbis amplissimis quis promiserit sta-  
re arbitrio: tamen quantuncunq; sint verba large concep-  
ta, nihilominus data enormi læsione, etiam re ipsa dabi-  
tur reductioni remedium, quia huiusmodi promissiones  
non debēt ita latè intelligi, prout verba sonant, quia de ver-  
bis facile seruitur: & quòd hæc opinio habet æquitatem: at  
ex Afflict. Alex. Socin. & alijs dicit communem Bursat.  
conf. 99. nu. 11. libr. 1. Cagnol. in l. 2. num. 88. C. de rescinden-  
dedit. afferens quòd ita se habet communis obseruantia, nō  
obstante quauis cautela verborum, ex Paulo, Guidone Pa-  
pæ, & alijs. Quod adeo verum est, vt enormissimę læsioni  
renunciari minimè possit, vt ex Alex. Decio, Fulgosio, So-  
cino, Ruino, Crauetta, probat egregiè Cephal. conf. 62. nu.  
19. libr. 1. non alia ratione, quàm propter dolum, qui ex tali læ-  
sione colligitur. Iaso. conf. 133. nu. 20. libr. 4. & hanc esse cō-  
munē sententiā late cōprobat Curt. lun. cōf. 141. num. 5.



13

Maximè, quia licet superiora non adeò firma & solida  
essent, tamen præsupposita adeò enormi & ingenti læsio-  
ne, poterat nihilominus Regia Maiestas ius suum prosequi,  
ac deducere nomine ipsius Regiæ coronæ, vt in simili res-  
pondit eleganter Paulus Castrensis cont. 70. nu. 7. in fine.  
lib. 1. ibi: *Vnde posito quòd Rex predictus non possit venire con-  
tra factū suū suo nomine, potest tamē nomine dignitatis suæ, idest  
regni & coronæ, quorum est administrator potius, quam dominus,  
quantum ad tales alienationes.* Haftenus de tertio articulo.

### QVARTVS ARTICVLVS.

**E**T Quod attinet ad quartum articulum, quo contendi-  
mus, quod licet omnia deficerent, præfatæ gabelle Co-  
miti erant auferendæ restituto pretio, propter grauissimas  
seuitias & violentias, quibus tam ipse, quam ipsius anteces-  
sores vsi sunt in talium gabellarum exactiōe, apertè pro-  
batur ex tex. in §. fin. Instit. de his qui sunt sui vel alieni iu-  
ris. ibi: *Imperator Antoninus consulius à quibusdam præsidibus  
provinciarum præcepit, vt si intolerabilis videtur seuitia domina-  
rum, cogantur seruos suos bonis conditionibus vendere, vt pretium  
dominis detur, & recte, expedit enim reipublica ne sua re quis ma-  
le utatur:* cuius text decisionem ad vasallos trahit Faber ibi-  
dem nu. 7. asserens, quòd vbi quis grauatur per superiorem  
suum duriùs, & acerbius, ita quod possit ad seuitiam reputa-  
ri, potest eximi ab eius iurisdictione, & subiectione, atque  
idem tradit Boerius decisione. 304. numer. 7. circa finem,  
Antonius Gomez secundo tomo variarum. tit. de emptio-  
ne & venditione. num. 51. circa finem. versic. ex quo infer-  
tur, Iacobus Rebuffus in l. ciues. nu. 3. vers. sed quid erit. C.  
de incolis. libr. 10. Bald. post Guillerimum, & Cynum in l. si  
dominus. §. 1. nu. 1. ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. & in  
cap. 1. §. publici latrones. numer. 2. de pace tenenda, Thomas  
Grammaticus decisione. 104. numer. 2. vbi in id expendit  
etiam l. vnicam. C. si quacunque præditus potestate, ibi:  
*Licet persona quam huiusmodi ambitu & rē. venire tentauerit,*

D. confestim

confestim contestatione proposita, cum sua suorumque domo iuris  
dictionem eius euitare, atque id comprobant datè Albertus  
Brunus cons. 169. col. fin. & consil. 176. col. 2. Molinæus ad  
consuetudines Parisien. titul. 1. §. 2. gloss. 4. numer. 14. Me-  
nochius plures referens cons. 2. numer. 197. & 200. libr. 1.  
Quod adeò verum est, vt procedat, etiam si vasalli nō con-  
quererentur, nam cognita simili seuitia, superior debet pro-  
uidere, vt docet Ioann. Faber. in l. officium. in princ. C. de  
officio Comitis sacri patrimonij, Guido Pape, decisio. 62.  
asserens quòd ita seruetur de stylo curiæ Parlamenti pa-  
triæ Delphinatus.

Nec obstat, quòd ad hoc vt fieret huiusmodi priuatio  
propter domini duritiam, & sæuitiam, præcedere prius de-  
bet monitio, ne vasallos adeò crudeliter tractaret: quoniã  
huic obiectioni respondit datè Grammat. dict. decisio 104.  
numer. 11. & sequentibus, vbi multis autoritatibus probat  
indistinctè hoc fieri, nulla requisita monitione, & quod  
ita fuit determinatum in senatu Neapolitano, atque etiam  
sine vlla monitione id fieri præsupponit Boerius dict. deci-  
sione 304. num. 5. & per totam: maximè quoniam DD. qui  
existimant requiri monitionem, loquuntur in feudis, in qui-  
bus ob sæuam tractationem vasallorum receptum est, feu-  
datarios absque vlllo pretio sibi redito priuari: quod longè  
diuersum est in nostro casu, vbi id solum agitur, quòd do-  
minus cogatur bonis conditionibus vendere, atque ideo ex  
terminis adeò dissimilibus, & diuersis, non potest fieri con-  
grua illatio. l. Papinianus exuli. ff. de minoribus. cum vul-  
gatis.

Ex quibus omnibus securè censemus, quòd quacunque  
via negocium hoc circumspectatur, Regius filcus, & oppida,  
quę huic causæ assistent, iustissimam causam fouent, ita vt  
eorum prætensionem locum esse omnino pronuntiari de-  
beat. Salua, &c.

Henricus  
Henricus

Henrico Solo